

tum numquam didici; sed Lusitaniæ prima et novissima mihiq̄ue permansit conjux una fatali sorte morte transmissa; neque decet<sup>a</sup> cujusquam et monachus inhiens denuo mulier nec labia mea tetigit osculo. Et ut solidius dicta credantur audita, profero testem fidelem præsentem quo semper laboro stantem per Patrem et Natum et Spiritum sanctum, per dexteram suam qua sanctos coronat, et cardines cœli et fabricam mundi, quod ipse virtute verboque fundavit, quod pagina præsens, omneque taxatus [*Forte*, taxatum], nec fraude frustratum, testatum per Christum Jesum Dominum nostrum: sed laudes

<sup>a</sup> In codice Reg. Bibl. Matrit. nec desit.

A attollo, nec meritis, Deo bona donanti, qui improperat nulli, et ipse pulsetur ut victos absolvat, et quos hactenus servat intactos perducatur ad illam patriam novam: hæc [*Forte*, ac] temporibus tuis, gloriosissime princeps, lætentur emersi, fraudibus pressi, fraudeque erecti frænentur repressi, ut legibus Christi utrique juvati, abbati occurrant ad nuptias agni, quæ trophæum aureum pareat vestram, post vestro procul a [*Mss.* ad] regno, Domino nostro famulemur effecta in Christo Jesu Domino nostro. Amen.

ANNO DOMINI DC.

## DINOTHUS ABBAS.

### NOTITIA HISTORICA IN DINOTHUM ABBATEM.

(Fabric. Biblioth. med. et inf. ætatis.)

Dinotus, abbas Bannochorensis, laudatus Bedæ Hist. Ang. lib. II, c. 2; aliis *Dionotus avonius*, qui in synodo Claudiana Vectiorum, sive Wirgorniensis, anno Christi 601, traditur, ut est apud Lelandum c. 44, *copiose, graviter, docte, de non admittenda Gregorii papæ, aut missi ab eo Augustini monachi, auctoritate disputasse; præterea defendisse archiepiscopi Menevensis in rebus ecclesiasticis potestatem; in summa, conclusisse non esse e republica Britannorum ut Romanorum fastum vel Saxonum tyrannidem in communionem admitterent. Atque, eodem Lelando iudice, quæ erat Dionoti eruditio, recte sentiebat, non esse penes Romanum, ut gentem advenam (Saxones), fidei prætextu, in alieno (Britannico) confirmaret imperio. Nam si id admitterent, non deesset fucus ad explendos quoscunque e regnis suis principes.* Verba ipsa quædam Dinothi ex mss. Codice Anglo-Saxonice descripta et Anglice cum Latina versione publicavit Henricus Speelmannus tom. I Conciliorum Angliæ p. 108; quæ cur conficta sub Dinothi nomine visa sint Schelstraten<sup>a</sup> et quibusdam aliis, conjicere facile licet, rationem videre non licet. Sententia

<sup>a</sup> Mém. de Trévoux, an. 1709, p. 823.

B verborum hæc est: *Notum sit, et absque dubitatione, vobis, quod nos omnes sumus et quilibet nosrum obediens et subditi Ecclesiæ Dei et papæ Romæ, et unicuique vero et pio Christiano ad amandum unumquemque in suo gradu in perfecta charitate, et ad adjuvandum unumquemque eorum verbo et facto fore filios Dei: et aliam obedientiam quam istam non scio debitam ei quem vos nominatis papam, nec esse Patrem Patrum vindicari et postulari; et istam obedientiam, nos sumus parati dare et solvere ei et cuique Christiano continuo. Præterea nos sumus sub gubernati ne episcopi Caerlegionis super Osca, qui est ad supervidendum sub Deo super nobis, ad faciendum nos servare viam spiritualem. Quæ præterea a Baleo, I, 70, et Pitseo, p. 104 seq. perhibetur scripsisse Dinotus, Defensorium jurisdictionis sedis Menevensis; De conservandis Britannorum ritibus; Disputationum liberum, aliumque Orationum et Epistolarum, et in Sacram Scripturam Commentarios, ea nemini visa; et ex sola conjectura, ut in aliis non raro ab his factum, tributa esse mihi persuadeo.*

### DINOTHI<sup>a</sup> RESPONSIO AD AUGUSTINUM MONACHIUM,

PETENTEM SUBJECTIONEM ECCLESIE ROMANÆ.

(Ex Vilkinsii Conc. Magnæ Britannicæ, t. I, p. 26.)

Notum sit et absque dubitatione vobis quod nos omnes sumus et quilibet nostrum obediens et sub-

<sup>a</sup> Descripsi responsionem hanc abbatis Bangor ex 2 mss. Cott.; sed audiamus quid Cl. Speelmannus de suo olim exemplari disserat.

diti ecclesiæ Dei, et papæ Romæ, et unicuique vero Christiano [et] pio ad amandum unumquemque

Hæc ex vet. ms. cod. Petri Mosten Cambrobritanii generosi (antiquiorem procul dubio imitante) multis abhinc annis ipsemet transcripsi (*Verba sunt Spel-*

In suo gradu in charitate perfecta, et ad iuvandum unumquemque eorum, verbo et facto fore filios Dei; et aliam obedientiam quam istam non scio debitam ei quem vos nominatis esse papam, nec esse patrem patrum: vindicari et postulari, et istam

*manni*) ea quidem cura et diligentia, ut ne in apice ab exemplari discederem. Sed cum hoc in Cambro-britannico tantum idiomate et interlineari Anglico (verbo ad verbum reddito) exaratum esset, ego eodem servato more, in alienigenarum beneficium latinum addidi. Quo autem tempore confectus fuit codex ille, vel quo auctore, nec mihi in eodem constitit, nec alias certe explorare potui; sed haberi codicem censeo in Cottoniana bibliotheca.

Abbas vero Banchorensis qui Augustino hoc resp. dedit sine ullo dub. fuit celeb. ille Dinothus de quo supra memoravimus. Manifestum etiam est, cum ex hac sua responsione, tum ex illis quæ ab ipso Beda hic in precedentibus referuntur, Britannicam ecclesiam, nullam sub hoc tempore agnovisse subjectionem aut Romano ipsi pontifici aut extraneo alicui alii patriarchæ, vel communionem aliquam cum Romana ecclesia coluisse. Subdebat autem, ut ab Eleutherii ævo, proprio suo metropolitæ (tanquam alterius orbis papæ vel patriarchæ) Caerlegionis archiepiscopo, qui, ut hic suggeritur, superiorem non agnovit in Ecclesiæ gradibus, at « *yn oligwr Dan Duw,* » id est, sub Deo abque alio intermedio, plebem et ecclesiam sibi creditam gubernasse, Orientales etiam ritus atque Asiaticos, potius quam Romanos imbibisse. Nec hoc quidem e schismatica aliqua pravitate (quam auctores proculdubio illius sæculi perstrinxissent) nec contra sanctorum patrum institutiones, auctoritate tertiæ synodi œcumenicæ Ephesi habitæ (act. 7), anno grat. 431, corroboratas: Cypriotis causam similem contra patriarcham et clerum Antiochenum promoventibus. Non est instituti nostri rem disserere, occurrentia tantum libo et præterea, piculum ducens, omni non agnoscere gratitudine insignes illas bonitates quas a veteri Romana Ecclesia et episcopis ejus, majores nostri olim aliquando acceperunt.

Præter charitatis vero suavitatem actum esse ab Augustino cum pauperulis his Britannis quis non iudicabit, dum veteres eorum consuetudines subito tollere, novas subito nixas sit ingerere? Præsertim cum hoc cautius faciendum monuisset sanctus ipse magister suus Gregorius Magnus, qui in diversis ecclesiis diversas pertulit consuetudines, nec Romanas ipsas ubique voluit imponendas, sed pro more loci, temporis et credentium indolis. « Non enim, inquit, pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. » Vide responsionem ejus ad tertiam Augustini interrogationem.

Inter hæc, illud quæro, qui factum sit, ut Caerlegionenses, alias Menevenses episcopi, successoresque sui, qui ab ævo Lucii regis usque ad Augustini dies

obedientiam nos sumus parati dare et solvere ei et cuique Christiano continuo. Præterea nos sumus sub gubernatione episcopi Caerlegionis super Osca qui est ad supervidendum sub Deo super nobis, ad faciendum nos servare viam spiritualem.

istos (hoc est, 400 pene annos) metropolitæ florere privilegijs, et archiepiscopi nuncupati sunt, nulla (quod sciam) pulsati synodis, sine crimine provincia sua et antiqua jurisdictione deinceps sunt exuti et spoliati? Sufficit si ab Augustino factum fuerit, nam sua omnia tumentur sui mordicus: atque istud una quod in clerum Britannorum machinatus esse dicitur, lugubre excidium. A Deo enim immisum prædicant, ad confirmandum traditiones et doctrinam suam; cum contendant alii, Augustinum ipsum facti præbuisse fomitem, et Ethelbertum regem ad eundem excitasse. Sin indicium rei (ut plerique gentium) ab eventu steterit, longe aliter de hoc excidio cogitandum est, quam illi tradidere: Deumque ipsum hanc exhorruisse crudelitatem. Nam cum vindicæ Augustini rex Northumbrensis, Edilfridus, innocuos istos Banchorenes monachos tanta strage ad Legecestriam sustulisset, et exultans teis festinantius pergeret ad reliquias eorum cum nobili suo monasterio excindendum; occurrunt ei iræ Dei vindices, Britannorum duces tres, qui Northumbria regem, cum toto suo exercitu innocentium cruore madefactum, sternunt, decem millia et sexaginta jugulant, vulneratumque regem, cum perpauis alijs, in fugam adigunt: sic ut Deus ipse pro innocuis illis Banchorensibus contra Augustinianos istos in aciem descendisse videatur, et vindictam sanguinis eorum suscepisse. Faxit bonus ille Deus, ut præter veritatem ego nihil suggeram.

Meam igitur ut fidem liberem, sine, obsecro, ut quod in Vita Augustini, sub fine libri de Antiquitate Britannicæ Ecclesiæ Londini impressi, anno Domini 1572, et mihi obvientis, dum in hoc ipso argumento versaretur prælum, tuo sistam arbitrio. « Nonnulli etiam, inquit, scribunt, ipsum Augustinum huius quod prædixi, belli, non merito conscium, sed et impulsorem existisse: regibusque ad id accinctis obvium eidem Legiocestricæ interfuisse, etsi id omnibus modis celare student pontificii, qui factam et a se fabricatam parenthesis Bedæ Historiæ, a suis typographis, contra omnium manusciporum Saxonorum librorum fidem nuper impressæ, intexuerunt (quamvis ipso Augustino jam multo ante tempore ad cælestia regna sublato); cui errori, imo manifestis, ac contra ipsius Bedæ, si quem sibi in tanta orationis vanitate patrocinari vellent, testimonium mendacis redarguendo, locus deinceps erit. » Hæc illic. Ego manuscriptos codices saxonicos non illustravi. Audi vero ut frater dominicanus Nicolaus Trivet (cœnobita de cœnobitis) historiam hanc commemorat in Gallico suo chronico ante 300 annos manuscripto. Vide Wilkinsii Concil. tom. 1, pag. 27.

ANNO DOMINI DCI.

## DYNAMIUS PATRICIUS.

### NOTITIA HISTORICA IN DYNAMIUM.

(Fabricii Bibl. med. et inf. ætatis.)

Dynamius sive Dinamius, vir illustris ac *Patricius* Galliarum, an. 533-596, apud Gregorium Magnum l. II, ind. XI, ep. 33, l. V, ep. 6, quem Massiliensem vocat Venantius Fortunatus lib. VI, poemat. 41.

Ejusdem Dinamii et Eucherie conjugis *Eptaphium* apud Andream Duchesne tom. I Histor. Franc. p. 519. Scripsit, teste Sigeberto c. 444, et Usuardo 27 Januarii, Dinamius *Vitam S. Marii*, abbatis circa